

Tercius Phisicorum

potentia est. Ad aliud dicitur per idem. Et licet non sit ens naturale tamen ab antiquis hoc credebatur. dicebant enim infinitum esse principium. Sed contra infinitum formaliter dicit priuatione ergo aliquid presupponit. Item si infinitum esset ipsum occuparet omnia et sic principiatum non esset ergo nec principium. **A**d tertium dicit S. T. pria par. q. 7. ar. 3. ad. 4. quod motus et tempus non sunt totum in actu sed successione secundum philosophum de magnitudine dictum est quod est infinita secundum potentiam quia in infinitum divididi potest. Sed contra sequeretur quod pars esset equalis toti quia sicut totum est in infinitum divisibile ita et quelibet pars. Negatur consequentia quod pars non est divisibilis in tot partes equales sicut totum. Sed queritur an dividendo aliquod totum remaneat unitas que prius erat in partibus dicendum quod non sed in qualibet parte causatur noua unitas et precedens corruptitur. Sed contra volo quod ille partes unitantur tunc est idem totum quod prius erat ergo precedens unitas que fuit corrupta naturaliter reproducetur. Itē eadem actio non generat et corruptit unitatem sed divisione generat unitatem in qualibet parte ergo non corruptit precedentem. Ad prius negatur consequentia. Et ad aliud negatur assumptum.

Ad quartum dicitur quod sub eadem materia successione sunt diverse forme et ideo non oportet materiam esse infinitam. Ad aliud dicitur quod ultimum ceterum finitur per seipsum.

Ad quintum diceret aliquis quod nichil conceptum ab intellectu est infinitum quia de conceptu et distinctione linee est quod habeat duo puncta terminativa. **S**ed contra linea circularis non habet duo puncta terminativa unde nec in anulo sunt dabilia duo extrema. **E**t si quod an ista sūtūl infinita finita dādū est primum similiter apprehendi potest totum tempus preteritus categorum atque et totum tempus futurum et tamen non in qualibet instar dantur duo extrema. **S**ed contra qualibet pars infiniti est infinita secundum phisim ergo si totum tempus preteritus apprehensum est infinitum sequitur quod qualibet dies preterita que est pars eius fuit infinita. Itē infinitum non habet principia neque fines totum tempus preteritum habet fine ergo non est infinitum. Itē infinitum non habet principia factiōis sed tempus p̄teritum habuit cām effectuā s. intelligentiam mouētē celū. Itē nunquā fuit verum dicere infinitum est et tū tempus p̄teritum aliquā fuit p̄fis et ipsum non fuit infinitum dicendum quod tempus est infinitum in potentia ut supra dictum est et qualibet eius pars. **E**t per hoc solvuntur cetera argumenta. Itē quidam ymagineantur linea giratiua esse infinitam et tamen non habet duo extrema quod non potest signari punctum ad quod terciatur tota linea giratiua veniendo versus p̄tes proportionabiles mōres dicēdūt igit̄ b̄z phisim et non sp̄oz imaginationi credere als duo contradictionē eēnt p̄ha. Ad aliud dī quod extra celū nichil ē. contra de p̄t mouere lapidē extra celū et facere ip̄m magis distare a celo vel extra istud celum p̄t create aliud celum distans ab isto dicendū quod talis lapis non distarz a celo positive.

Ad sextum dicitur quod motus celi est infinitus secundum durationē et similiter celū potest etiam dici quod celum ē divisible mathematice. i. sibi non repugnat in ratione quantitatis qui dividat illa p̄to auctoritas phisim exposuit. s. t. de. po. q. 3. ar. 14. ad. 5. non oportet inquit

si de potest aliquid facere quod illud fecerit quia Eages secundum voluntatem auctoritas et intelligitur de potentia passiva que est corruptionis principium et ideo se paternitati repugnat. Sed contra tunc auctoritas supponeret vnuū et in quia in perpetuis non est hoc modo posse dices quod negativa nichil presupponit nisi de adhuc contra illam auctoritatem arguitur quia materia antichristi potest esse perpetua et tamen non sequitur quod sit. Item tempus futurum erit perpetuum et tamen non est. Item angelii sunt perpetui tamen secundum sanctum thom. in eis differunt esse et posse quia essentia angelii non est sua potentia ymo multi dicunt quod materia non est sua potentia licet sit perpetua. Item dato quod materia sit sua potentia passiva tamen non est suum esse dicendum quod materia est suum esse et sua potentia et ita qualibet essentia est sua potentia: si illa potentia non sit ad operari sed adeē. **M**ultiplicia etiam sunt perpetua. s. deus corpora celestia materia prima. et de hac verificatur auctoritas philosophi que sic ponitur. **T. L. 32.** contingere enim ad esse nichil differre in perpetuis non sequitur tamen quod si ista pars celi possit esse in oriente quod propterea sit ibi. Ad aliud dicitur quod non oportet si unum priuatim oppositum sit in actu quod alterum sit in actu sed sufficit quod sit in potentia. **A**d septimum dicitur quod eo modo quo aliquid est in potentia sic reducitur ad actuū modis infinitus solum est in potentia ad actuū incompletum et sic est reducitur in actuū per divisionem tamē post viā divisionem adhuc remanet alta possibilis ita quod nunquam continuum est ex toto divisum. **C**ontra philosophus probat quod per appositionem non potest excedi qualibet magnitudo quia si esset in natura potentia ad appositionem transcendentem omnem quam titatem sequeretur quod esset actu infinitum hec est consequentia philosophi ergo si continuum sit in potentia ut in infinitum dividatur vel numerus ut in infinitum augatur sequitur quod actu erit numerus infinitus vel continuum in infinitum divisum. Item omnis una potentia potest reduci ad unum actuū sed qualibet pars continui est in potentia ut ab alia dividatur et omnes iste potentie faciunt potentiam unam secundum quam continuum est in qualibet parte divisibile. Ad primum dicit sanctus thomas lec. 11. quod non oportet numerum tantum esse in actu quam est in potentia sicut hic dicitur de magnitudine quia additio numeri sequitur divisionem continua p̄ quam itur ad id quod est in potentia et ad materiam unde non oportet deuenire ad aliquem actuū finē tem potentiam sed additio magnitudinis dicit in actuū quia itur ad totum quod habet rationem formae continentis et terminantis et determinatam quantitatem sicut et omnes res naturales. Sed contra sicut res naturales habent determinatam quantitatem in magnitudine ita et in paritate. Item pono quod omnia sint divisa in minima naturalia quo facto non poterit dari maior numerus quia numerus causatur ex divisione continua: forte dicis quod non repugnat minimo dividi in ratione quantitatis. Contra sic nec repugnat cuiuscum corpori augeri in ratione quantitatis sed solum in quantum est ens naturale forte dicis quod numerus non causatur ex divisione continua quia homo et sinus faciunt numerum binarium sine divisione alicuius continua. Contra se queretur quod partes cuiuslibet continua facerent